MARCUS I

1 Initium evangelii Iesu Christi Filii Dei.
2 Sicut scriptum est in Isaia propheta:
“ Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam,
qui praeparabit viam tuam;
3 vox clamantis in deserto:
“Parate viam Domini, rectas facite semitas eius”,
4 fuit Ioannes Baptista in deserto praedicans baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum.
5 Et egrediebatur ad illum omnis Iudaeae regio et Hierosolymitae universi et baptizabantur ab illo in Iordane flumine confitentes peccata sua.

---

6 Et erat Ioannes vestitus pilis cameli, et zona pellicea circa lumbos eius, et locustas et mel silvestre edebat.
7 Et praedicabat dicens: “Venit fortior me post me, cuius non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum eius.
8 Ego baptizavi vos [in] aqua; ille vero baptizabit vos in Spiritu Sancto”.
9 Et factum est in diebus illis, venit Iesus a Nazareth Galilaeae et baptizatus est in Iordane ab Ioanne.
10 Et statim ascendens de aqua vidit apertos caelos et Spiritum tamquam columbam descendentem in ipsum;
11 et vox facta est de caelis: “Tu es Filius meus dilectus; in te complacui”.

sicut: assim como
ecce: eis/olhai! (pede atenção para o que vai dizer)
mitto, -ere: enviar
ante: diante de.
via, -ae: caminho, estrada, passagem.
clamans, -tis: [alguém que está] gritando.
paro, -are: preparar.
facio, -ere: fazer [algo]/tornar [algo] [em outra coisa].
recta, -ae: correta, reta.
semita, -ae: vereda, caminho estreito.
is, eius: ele, esse [nome do gênero masculino].
fuit: [ele/ela] foi/esteve.
praedicans, -tis: [alguém que está] pregando (religião).
paenitentia, -ae: arrependimento.
remissio, -nis: perdão, devolução do que se tinha.
egredior, -i: sair, deixar um lugar.
ad: em direção a [algo].
ille, -ius: aquele (gênero masculino).
omnis, -is: todo/toda.
iudaeae regio: região da judeia.
hierosolymitae universi: do mundo judeu.
baptizor, -ari: ser batizado (voz passiva).
ab: a partir de [lugar]/por [alguém].
flumen, -inis: rio.
confitens, -tis: [alguém que está] confessando.

---

pellicea: de pele.
dicens, -tis: [alguém que está] dizendo.
fortior: alguém mais forte do que (...)
procumbens, -tis: [alguém que está] se curvando.
baptizavi: batizei.
baptizabit: [ele] batizará.
factum est: aconteceu que.
ascendens, -tis: [alguém que está] se levantando.
descendens, -tis: [alguém que está] descendo.
facta est: fez-se.
complacui: encontrei alegria.

Este material foi produzido por Rafael Falcón para uso exclusivo de seus alunos no site http://www.rafaelfalcon.net.